



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

45. Dom. 12. post Trinit. de surdo & muto. Matt. 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

26 MEDITATIONES IN

Contra humilitas, etsi nulla bona, immo multa mala coniuncta habeat, omne bonum sibi conciliat. 2. considera, quam humiles deinceps esse nos conueniat, animo, verbo & opere, & propter arcanum Dei iudicium semper pauidos, nunquam de bonis operibus gloriantes, sed omnium miseros iudicalites.

DOM. XII. POST TRIN.

De surdo & muto. Marc. 7.

¶ **V**IDAM adducunt Christo surdum & mutum, precantes, ut imponat illi manū. Considera surdum spiritualiter esse, qui aures claudit concionibus, monitionibus, & inspirationibus Dei & conscientiae. Mutum, qui os claudit ad agendas Deo gratias, ad confitenda sacerdoti peccata, ad colloquia pia, ad iuuandum proximum. 2. si sanari velimus ab utroque malo, non debere solum nos ipsos dominum orare, sed etiam sanctis uti intercessoribus, ut multiplicatis oratoribus facilius impetretur venia.

¶ **C**hristus eum de turba seorsum duxit, digitos in aures inseruit, expuens tetigit lingua, suspiciens in cœlum ingemuit, & ait. Epheta.

S. IN
na, imo
omne bo-
quam hu-
, animo,
n Dei iu-
m de bo-
ium mi-

RIN.

dum &
li manu.
se , qui
onibus,
iae. Mu-
eo gra-
ata , ad
ximum.
lo, non
orare,
us , vt
petre-

it , di-
it lin.
& ait
pheta.

DOM. TOTIVS ANNI. 97

Epheta, ac sanatus es. Considera, quibus ri-
tibus usus sit Dominus, ut discas quomodo
& ru à peccatis curari debeas. primo enim
opus est, ut prauam societatem, & occasio-
^{Matt.}
^{12.1.}
nes peccandi deseras. 2. ut gratiam Spir-
itus sancti, qui per digitum in S. Scriptura,
designatur, implores. 3. ut sapientiam ca-
tantum loquendi obtineas, quæ ad ædifi-
cationem sunt. ut enim saliuæ ex capite de-
fluit, sic sapientia ex intellectu. 4. ut do-
leas de peccatis, & de ccelo expectes indul-
gentiam. 5. ut peccatum per confessio-
nem publicam vel priuatam aperias, &
opera Dei prædictes: sic enim defines esse
surdus & mutus.

Et præcepit illis, ne cui dicerent; illi au-
tem tanto plus prædicabant, dicentes Bene o-
mnia fecit. Considera, primo à Christo
hic nos discere, quantum studium ad con-
seruandam humilitatem conferre debea-
mus, nempe ex parte nostra bonorum ope-
rum, quæ facimus laudem & vanam glo-
riam fugiendo. Secundo à turba, quod
grati esse debeamus pro beneficiis à Deo
acceptis, & zelum habere in tuenda Dei
gloria, alteriusque honore ac fama bona.
nos ipsos potius aliis postponendo 2. Con-
sidera, & tecum omnia beneficisse hæc-

G aus Da-

98 MEDITATIONES IN

pus Dominum, ideoque ab eo laudan
& benedicendo nunquam cessa.

DOMIN. XIII. POST TRIN

De Samaritano & Leuita. Luc. 10.

1. *Dixit Iesvs discipulis. Beati oculi videnti, que vos videtis, multi enim nō propheta ea voluerunt videre, & non derunt. Considera, sicut beatiores prop̄tis erant Apostoli, quod non solum oculi mentis vel fidei viderent Christum, sed iam corporis: ita te quoque multis milibus fidelium Christi beatorem esse, q̄ occasionem non habent tam multa bona videndi & audiendi, (vt qui inter Turcas vel hæreticos viuunt) sicut tu habes: & deo p̄ rāto beneficio quotidie gratias ag*
2. *Legi perito tentanti Christum, quid faciendo vitam aeternam possideret, respondit, Deum totum corde, anima, & viribus diligens & proximum suum sicut seipsum. Considera tibi quantumuis probo, nunquam defuturos vel dæmones, vel homines, qui lūnistris suspicionibus, vel vexationibus tu probent patientiam. 2. perfende, quam perfectè, ardenter, & purè excluso omnino amore rerum creatarum, opum, horum*